

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probvs dictus,
De Vita Excellentivm Imperatorvm**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

III. Andreae Schotti Epistola. Lectoris.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

DE CORN. NEPOTE.

Maria Catanaeus, commentario in Plinii librum IV. epist. XXVIII, quae ad Seuerum scripta est, etiam *Daretem Phrygium a Nepote translatum* arbitratur. Nempe decepit eum vulgati ἐπιγραφή. Attamen & hic aqua haeret Vineto, notis in Auffon. Idyll. VII. Negat esse, qui certe aliquid de translatione hac ausit adfirmare. Atqui omnes quibus vllum in hisce litteris iudicium est, sat̄ vident, nec *Daretem illum esse genuinum*: nec dictionem eius Augusteam sapere aetatem: sed recentiorem multo. Nepotem autem Caes. Augusti obiisse aevo, Plinius testatur lib. IX. cap. XXXIX. Atque hoc fortasse impulit Genebrardum, ut putaret, eum nato iam Christo superstitem fuisse: qui & Iacobum Gualterium, cum primum tabulas ederet chronographicas, in eam sententiam pertraxit. Sed Nepotem eo vsque aetatem prorogasse nemo temere dixerit, qui tantum eum in litteris nominis, iam Tullii, Attici, Catulli temporibus, fuisse cogitarit.

III.

ANDREAE SCHOTTI

EPISTOLA.

LECTORIS.

Quod auctoribus non paucis accidisse memini, ut multa ingenii monumenta, vel ipsis ablata alteri falso attribuerentur, vel aliena ipsis subiicerentur, quo in vulgus tituli lenocinio probarentur, & tanquam a matribus suppositi filii pro veris obtruderentur; idem NEPOTI nostro vsu venisse, didici. Librum enim *de vita & moribus Excellentium Graeciae Imperatorum*,
ad



IVDICIA

ad T. Pomponium Atticum; sequoris aetatis auctori Aemilio Probo attribuerunt: a quo stilus, dicendique elegans character, Attici aetas, multaque abiudicant. Scriptarem contra *de viris illustribus* Brbis Romae, qui a Proca ad Cn. Pompeium usque, septingentorum annorum memoriam, resque gestas virorum domi militiaeque illustrium breuiter colligauit, Plinio minori (cui Aldus Manutius adscripserat) ablatum, Nepoti Cornelio multorum ingratiss inscripserunt, & ex Caecilia gente in Corneliam, obtorto collo, Itali quidam Censores, Hermolaus Barbarus, Ilanus Parrhasius, Catellianus Cotta, & Dominicus Machanaeus aliisque traduxerunt. Sed neutrius mihi videri, admodum adolescens docui singulari Comm. in eum auctorem Duaci, & Lutetiae edito: & veterum librorum fide rationumque momentis Sex. Aurelio Victorii iure postliminii reddidimus: cuius & Historiam Augustam ante me natum nusquam, quod equidem sciam, typis vulgaris, Antuerpiae primi edidimus. Quare ut illa Aemilio adscripta Nepotis esse γνῶστα prouuntio; ita Viros illustres eidem abiudico.

Sed sunt & alia spuria, & Cornelio indigna. Daretis enim Phrygii circumfertur de bello Troiano, cui interfuisse dicitur Historia, quam Raph. Volaterranus sex carminum libris (qui & cum Dicty Creensi vulgo leguntur) conuertisse Nepotem tradidit; quibus & prosa oratione Narratio excidii Troiae praemittitur, quam & ipse in veteribus libris etiam soli Cornelio cuidam inscriptam vidi. Stilus sane non est aureae illius aetatis, neandum Cornelii, cuius eloquentia M.

Tullius



DE CORN. NEPOTE.

Tullius Romanorum disertissimus laudarit, eoque nomine carissimus habuerit. Fuisse quidem Homero antiquorem scriptorem Daretum, Aelianii auctoritate, & D. Isidori, non inficior: sed hicne liber ille sit, qui ad Aelianii usque aetatem durauit, vehementer dubito. Sic vero ille libr. XI. cap. II. Variae Histor. Τὸν Φρύγα δὲ Δάγητα
ἘΦευγίαν Ιλιάδα ἔτι καὶ νῦν ἀποστολομένην οἶδα πρὸ^τ
Ομήρος καὶ τότου γενέθλιον λέγεται. Sallustio id opus
nothum & illegitimum falsarius ille, quisquis is
est, lege Cornelia, si deprehendatur, puniendus
inscrisit. Quem quidem Crispum R. Historiae
principem, initio statim rustice, & in epte appellat:
*Cui inquit, nihil adiiciendum, rei formi-
dandae (fort, formandae) caussa putaui, alio-
quin meum esse posset dubitari.* Verum enim
vero germanum me reperisse parentem gaudeo,
natalibus itaque restituo, auctoritatem secutus
veluti familiarum censoris Guilielmi Camdeni
hominis Britanni, qui sic Daretis illius ac poëma-
tis in Angliae Historia meminit de Isca loquens:
*Hoc saeculo (anno 1224) sicut ruit qui hinc oriundus
& cognominatus, Iosephus Iscarius splendidissimo
ingenio poëta: cuius scripta sic probabantur, ut
ad heterum scriptorum laudem peruererint. Eius
etenim de Bello Troiano poëma Germani ter sub
Cornelii Nepotis nomine diuulgareunt.* Iam vero
Alexandri illam ad Aristotelem praceptorum de
rebus Indicis epistolam, quae Q. Curtio Rufo fe-
re subiicitur, ubi & quercus edunt oracula, mul-
taque ridicula leguntur, quis, nisi crasso & pin-
gui iudicio praeditus, ab elegantissimo Nepote
tam incondite conuersam credat? Quin & in ipsis

b

aucto-



IVDICIA DE CORN. NEPOTE.

auctoribus vereor, ne dubia quaedam, nec a Nepote profecta, occurrant: ut quae in Ciceronis epistolis ad Atticum non de Cornelio nostro, sed fortasse de Metello, Nepote aliquo legi docuimus: & illam mihi ἐπιγραφὴ suspectam videri apud Suetonium, *Quid differat litteratus ab erudito.* Et illa Iornandis Gothicī de Britannia, suspicor Taciti potius esse quam Nepotis, ex iis libris, qui & ipsi magnam partem damno publico intercederunt. Ach. tamen Statius Comment. in Catullum Nepoti dedit: quin & Cornel. Labeonis quaedam apud Macrobiū lib. I. Saturn. eidem adscripsit. Sed ταῦτα θεῶν εὐγένας καῖται. Nos de iis aliquando in libris Φευδεπιγραφίας plura. Nunc Corneliae Matris Gracchorum (cui eloquentiam, teste Cicerone & Fabio, acceptam referebant) epistolae fragmentum adiiciam: quod legitimumne sit, aut a declamatore aliquo, ut sollet, conformatum, nunc non dispiuto. Parua sane papyri iactura, repertum in veteri libro Abbatiae Faesulanae, mihique ab Antonio Augustino, Archiepiscopo Tarragonensi, viro clarissimo perhumaniter oblatum, post idem a clariss. viro Iacobo Bongarsio descriptum, e Britannico exemplari e Germania dono missum, *Cornelia-
nis addendum putavi. Va'e.

* Vide infra fragmentis subiectam illam epistolam Corneliae.

CHRO-



CHRONOLOGIA
IMPERATORVM GRAECIAE
REGVM QVE EXTER ORVM
APVD CORNELIVM NEPOTEM
PER OLTMPIADAS.

*Initium Olympiadum cadit in annum Periodi Julianae 3938: & Roma condita eiusdem periodi anno 3966, qui quartus est Olympiadis septimae. *Vßer.* Quod si ergo 28 anni subducuntur summae annorum Olympiadum, annus Vrbis conditae inuenitur.

OLTMP.

LXII

1

2

3

4

Cyrus periiit in Massagetis, Neps

27. I. 2.

LXIII

Cambyses

IXXJ

LXIV

1

2

3

4

Darius Hystraspis fit rex.

IXXJ

LXV

LXVI

b 2

OLTMP.